



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Discursus Prædicabiles, Sive Viridarium Sacrarum  
Concionum**

**Paoletti, Agostino**

**Coloniae, 1677**

Altera Pars.

---

---

**Nutzungsbedingungen**

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55660](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-55660)

Eisdem quippe creatura omnes pro illius famulan-  
tur imperio. Non considerat quales sint, sed ut  
grati fiant. Et mutantur in melius, sua illis do-  
na communicat. Illos blandiis allicit, muneri-  
bus onerat, premis flagellis, terret minis, exhorta-  
tionibus vocat, revocat in indulgentia, chari-  
tate irahit, quoniam non vult peccatoris mortem,  
sed magis ut convertatur et vivat. Idcirco sub-  
inde vobis tonat, ne re ipsa flagra arripere cogas-  
tur. Sic docte advertit ille eruditus. *Animad-  
vertendum Dei bonitatem, et affectum paternum,  
quippe qui verbis prius nos castigat, et oburgat,  
quam verbis, ut qui timore filiorum ducuntur  
se se corrigant, et castigati poenas impendentes effu-  
giant.*

*Matth. in  
Quadr.  
Ebr. 6.  
Rom. in 10.  
fol. 32.*

18. Quibus non effectibus misericordiam  
Petri, qui ter juramentis falsis, ac perjuriis  
excerandis eum negaret, non monstravit? Au-  
dit Divum Leonem: *Respexit Petrum, ac si  
diceret, quid habes Petre, ad me convertere, in me  
confide, me sequere, mea passionis hoc tempus est;  
nondum tui venit hora supplicii, quid metuis quod  
etiam ipse superabis? non te confusum infirmitas,  
quam recepi. Ego de tuo fui trepidus, ut tu de meo  
esses securus.*

*D. Leon.  
Pont. ser. 3.  
de passion.  
Dom.*

19. Hæ turbæ Evangelicæ in clamores  
erumpunt, excessusque divinæ misericordiæ,  
qua filius Dei victum prodigiose iis providit,  
ac fami crudeli, quæ dire eos triduo cruciârat  
eripuit, celebrant. *Miserere super terram, quia oc-  
co jam triduo sustinent me, nec habent quod man-  
ducent. O pietatem inexplicabilem? o miseri-  
cordiam mei Domini incredibilem!*

Dic o peccator unde provenit, quod tor enor-  
mia sceleta, quibus quotidie divinam majesta-  
tem offendis Deus non castiget? cur ut gravitas  
tuorum scelerum meretur non armat se gladio  
fulminante justitiæ, aut flagra arripit, ut in  
te animadvertat? nullam ob aliam ego credo  
causam, nisi ut supervivens tellis ejus infirmitæ  
misericordiæ, & in tuum ruborem dilu-  
vionum culpæ necdum esse extinctum fla-  
men supernæ pietatis cognoscas. *Miserere super  
terram.*

20. O optatissimum meum bonum agno-  
sco meas transgressiones esse magnæ, quis  
ferum tuarum indignationum atrahit, esse ven-  
tum, qui flammam supernæ vindictæ accendit, &  
tu nihilominus pro eo quod fulmines, amorosâ  
incantatione rapetis, ut mihi compatiaris. O mi  
Deus si homo etiam vilis ab hoste minimum  
offendatur, cum non posse placari scio, & tu ta-

men, qui auctor es nostri boni, eodem pacto  
quo peccator divinitatem tuam vulperis ad hoc  
semel, sed centies, imo milies quilibet boni  
in eo sufferendo te insatiabilem offensus? que  
affectuosa violentia nisi divia, summa coe-  
cet, & à tua manu justitiam arceat? *Miserere super  
terram.*

21. Denovo cataractas oculi aperti, ac flum-  
inis, & diluvis inferni sulphure mitris ad hoc  
sceleratos non incinerandos, sed profus tan-  
nihilandos ne vel reliquias superstat, & comp-  
na à memoria posterorum extirpatur, ferti  
Sed tua pietas est adeo grandis, ut videam te  
à me offendi si ad supplicia provocem, nec ob  
aliud culpæ te affligunt, & torquent, nisi qui  
ad castigandum te cogunt. Sed si Deus adeo  
sic misericors erga nos, vos viscera miseri-  
cordiæ egenis largiendo elemosinam, aperit,  
& non auditis quod suscitavit vos, nec habet  
quod manducet: ergo iis succurrite: *Nô desinat  
in via. Et quiesco.*

ALTERA PARS.

22. **I**s inter justitiam, & misericordiam  
lora est, & quælibet primatum prece-  
debat: Sed Deus misericordiæ litem adjuce-  
vit, & quotiescunque officium utraq; exerce-  
re deberet primæ deberentur misericordiæ, fac-  
civit, quod & velut lex in violatâ lertum est.  
Divus Mattheus describit adventum filii Dei  
quo in campum aëris vivos, & mortuos pre-  
dicaturus, & pro meritis præmia, vel supplicia  
decreturus descensusus est. *Status esse  
à dextris sitis, habet autem à sinistris. Primo  
ad bonos se converteret, colloquio beatorum præ-  
miabit. Tunc dicit Rex hu, qui à dextris qui-  
erunt. Venite benedicti Patris mei, possidete par-  
tum vobis regnum à constitutione mundi. Deum  
impios his compellabit: *Discedite à me maledicti  
in ignem æternum, qui paratus est diabolo, et An-  
gelo ejus. Ergo cur non prius impios inferno por-  
niat, & deus iustos gloriâ remuneret iniquo.  
Cur prius impios non delinet poenis, & deus  
electos ad gloriam vocet? cur prius non dicit  
iis maledicti, & postea venite benedicti? Anctior  
operis imperfecti Deum voluisse, opera miseri-  
cordiæ præmiando prædestinatos operibus justiti-  
æ castigando reprobos anteponeatur respici-  
det. Quia paratior semper est Deus ad benefacien-  
dum, quam ad puniendum; nam bona bonis fecerit. Nam  
adim propositum tuum præstat, quia vobis, tantum in Mith.**



autem mala contra propositum suum facit invidiosus, quia iudex est. Prius boni ad praemia vocabantur, quam mali ad supplicia sunt relegati.

23. Et dum manibus Dei flagellum extorqueri non potest, illud mitigare, & lenire coarctat. Adamus, quam non poenam promeruit ob delictum adeo enorme paratum, cum lege sui creatoris vilipendit, & potius hosti otioso dicenti, Non morietur tibi, quam Patri veritatis afferenti. In quacunq[ue] hora comedis ex ea, morte morietur, fidem adhibuit: nihilominus sola proscriptio est paradiso reiecti punitus fuit. Eiecit enim de paradiso voluptatis. Sed an non mille moribus atrocissimis castigari merito poterat? si quis graviter laesisset principem, vel ei se rebellem exhibendo, vel eius solium, aut vitam petendo, vel aliquid crimine laese majestatis patrando, an non magna clementia foret, si princeps, cum posset eum tormentis caecare, solum exilio civitatis multaret? Atque poena Adamum non involvit. Eiecit enim de paradiso voluptatis. O benignam misericordiam! ut Adamo, & nobis si advocata nostra non fuisset, tu mortem atrocem in simplex exitum mutasti: audire D. Joannem Chryso-  
stomum: Exire inde iubet, monstrans quod propter misericordiam hoc facit, quam propter misericordiam, qua illum prosequatur.

24. Hic ad propositum meum, quod inter David, & Saulem successit, quadat. David iam ingratum, & perfidi Saul declinavit, qui omni modo cum suae facere potestatis, ac e vita expellere studebat, cum tamen potius eum remanerandi, quam persequendi causas haberet. Ambo in campo non longe a se invicem abierat. Rex spelum quoddam, in quo David delectabatur ob causas quasdam ingrediebatur, & qua antum obscurum erat a Saule David non videbatur, dum ergo Rex parumper ibi subsisteret, David silenter ad Saul adserpit, & oram chlamidis succidit. Surrexit ergo David, & praedixit oram chlamidis Saul silenter. Saulo aliquantulum a specu digressio, David Saulem inclama-  
bat, & dextra lumbum vestis abscillum mon-  
strans iugem ababat. Vide & cognosce oram chlamidis tua in manu mea, quoniam cum percinderem, volui excutere manum meam, ad te; ac si diceret: vide o Saul, una eademque opera te jugulare potuissim, qua vestimentum lumbum praecidit. Idem inter Deum, & peccatorem, mihi intercedere videtur, Quis eo ipso, quo peccamus a Deo nos neci corporali, & spirituali dari possit

ignorat? Anima qua peccaverit ipsa morietur. Peccatum cum consummatum fuerit generat mortem. Nihilominus in gratiam misericordiae, praescissione ore chlamidis, afflictionem, corporis in valetudinem, incarcerationem; opum iacturam, vel quid simile immittendo contentatur. Id credo, quod D. Chryso-  
stomus inferre voluerit. Hic mors est Domini nostri, ut puniens non minus, quam beneficiens, suam erga nos declaret benignitatem.

25. Deus quadam vice dum iniquitas orbis ad summum pertigerat, iustitiam contentate decrevit. Non permanebit spiritus meus in homine; quia caro est, eruntque dies illius centum viginti annorum. Dilationem poenae ad centum & viginti annos promissit: sed quid? centum elapsis, & viginti diebus non expectatis caracitas celi referavit, totamque orbem undis suffocavit, sed quid? Deus non stat suis verbis, Cur non expectat viginti annos, intra quos forsan emendatione vitae peccata de restarentur: an forsan iustitia huius accelerationis causa fuit? an forsan poenae adeoangebantur, ut Deus se continere non posset? hanc accelerationem misericordiae causavit, illis, quia non emendabantur, sed peiores evadabant, adeoque majora supplicia advocebant illa a Deo praecipitari vindictam, nec expectari annorum viginti decursum, rogando imperavit. Hic D. Chryso-  
stomus interrogans ait: Quare cum dixerit Dominus centum viginti anni erunt dies eorum, promissitque se tanto tempore, & longanimitate usurum, antequam implerentur anni promissi, universale introduxit exitium? hoc sua misericordia est argumentum & indicium: nam quantum vidit quotidie incurabiliter eos peccare, & non solum nihil ex sua indicibili longanimitate proficeret, sed etiam in crudescere vulnera, propterea succidit tempus, ne majori poena se obnoxios facerent.

26. Moyses ab Aarone, & Maria sorore mutationibus esse petium, liber Numerorum commemorat. Deus igitur Moysen maosuetissimum nil motum videos, ipse tributum mutationis solvere voluit. Et Mariae vultui lepram afflicuit. Ecce Maria apparuit  
candens lepra, quasi nix. Nonnulli cur Deus potius vultum, quam linguam murmuratricem carn usi suo privando, vel aliam partem corporis non castigavit, inquirunt. Ego Deo hoc a misericordia suggestum credo. Hae femina non minus venusta, quam fistulosa & iactabunda ob venustatem, quae in vultu residebat

Gen. c. 6.

Ioan. Chryso. hom. 25. in Gen.

Num. 4. 18.

Handwritten notes in red ink on the right page, including the word "diab" and other illegible characters.



erat, hæc quotidie delinquendo peccato vanæ gloriæ, aut superbiæ ei occasio fuit. Immis- ho lepra decorem sustulit, & occasiones divi- næ justitiæ accumulando supplicia juxta pecca- ta superbiæ & vanæ gloriæ, subtraxit. Si fuisset nos non peiores fieri, neutiquam ultra punisset, sed ut reprimat nostrum ad deteriora progressum, & tollat malitiam ulterius grassantem, suam ser- vando misericordiam punit.

17. Sed si peccator postea se non emendet, justitiæ misericordia cedit, & simul omnia debita obliterat. Christum esse petram recor- demini. Petra autem erat Christus. Lapis non- nisi sic percussus ignem dat. Hinc scripsit Sim- pofus.

*Simpof. in  
sibco ap.  
Cardan.  
Enoid.  
vers. 4.  
nota 11.*

*Semper inest intus, sed raro cernitur ignis.  
Intus enim latet, sed solus prodit aditus.*

Ignis justitiæ in pectore Dei delitescit, nec semper scintillat. Sed demum in nostram pen- nicem si lex nostrarum culparum ex eo ful- mina elicit. Antonius pius fulgorem supra le- etum depinxit, ut justitiæ sopori immersam denotaret, quæ si strepitu nostrorum scelerum excitetur, nostro damno quid possit, & va- leat, probamus, Hinc David: *Exurge, quare*

*Psal. 43*

*obdormis Domine? an Deus dormit? Exurge,  
ait Bellarminus, à somno, id est, sui quod si fa-  
ciunt, qui surgunt à somno. Et incipimus videre  
quod antea faciunt non videbant. Hæc ille. Hæc  
num finis, oculos obfirmatos habuisti, cul-  
pas nostras non observasti; sed si exciteris, lo-  
cum præbebit justitiæ, ut misericordia nil agere  
possit. Excitatus est Dominus tanquam dormi-  
ens. Hinc Remigius Antiochenus: Quis-  
cet firmiter, & dicit obdormivisset, tamen exci-  
tatus potens fuit inferre vindictam inimicis  
suis.*

O peccator est ne possibile quod gentium  
Dei non noscas, nec agnoscere velis? nosces cum  
sed auxilio misericordie nimum tribuis, hæc  
solum tibi proponis, præterea etiam dari justiti-  
am vindicativam, & punitivam sub oculis  
pone, & recordare illius dicit divi Augustini,  
quod parcendo servit Deus. Justitia plumbum  
habet nunc pedes, patum se movet, sed heu  
tem gravitate pœnarum æquat. Lenis gradus  
vina procedit ira, tarditas atque supplicii, gravi-  
tate pœna compensat. Nil ulterius quid dicam  
solum documentum unicum, quod prædicari  
utilissimum erit tibi propono. Vive ac si in Deo  
non esset misericordia, & postea mortis ac si  
non esset justitia. Et vade in pace.

# DOMINICA SEPTIMA POST PENTECOSTEN.

*Non omnis, qui dicit Domine, Domine, intrabit in regnum celorum, sed, qui  
fecit voluntatem Patris mei, &c. Matth. cap. 7.*

## ARGUMENTUM.

*ostenditur Christianum debere facere bona opera, & qui illa non facit hypocri-  
cita & à Deo condemnabitur.*

**N**on est nobilis, qui nascitur ex sanguine illustri, sed qui actionibus heroicis illustrem se reddit, & mundo se estimabilem facit virtutibus illustribus; Hæc sententia est, quæ Luciano tribuitur.

*Perit omnis in illo.  
Nobilitas, cujus laus est in Origine, sola.  
Hæc etiam opinioni consentit Jurcanis, & etiam adæcfit.*